maranatha. Gratia dñi nostri ihesu
xp̄i vobiscum. Charitas mea cū ōmi-
bus vobis in christo iesu Amen.

Explicit epistola pauli ad Corinthi-
os prima. Incipit prologus in secū-
dam epistolam ad Corinthios.

Ia secunda ad Corin-
thios epistola quasi in
parte superiori post tri-
bulationū suarū rela-
tiones reddit causas q̄-
re ad eos secundo non ierit. quoniam
nō leui mutatione consilij fecisse se as-
ferit: sed ne aduentu suo tristiciam in-
curreret: cū in peccato permanere di-
scipulos reperisset. Deinde post agni-
tos fructus penitentie reconciliat cū
ecclesie: quē in prima propter fornica-
tionem a consorio sanctorum iusserat
amoueri. Tercio contra pseudo apo-
stolos officij sui dignitatem tuetur: et
noui testamenti ministros. tanto an-
teire gratia ostendit quāto euangeliū
est lege prestantius. Immoratur etiā
in causa illa plurimū quā breuiter in
prima contigerat vt ꝓmpto ac libenti
animo necessaria presentis vite non
habentibus largiātur. et vtilitatē spiri-
tualis commercij cōmutent presentia
cū futuris. atq; abundantia sua scōrū
inopiam suppleant. vt vicissim eorū
inopia sanctorum abūdantia supple-
atur. In fine repetit quod superius cō-
tra pseudo apostolos egerat et iactati-
onē eorū predicationesq; de se glorio-
sas vel collata antiquitate generis vel
catalogo iniuriarū ac periculorū suorū
euacuat dicitq; eos operarios sub do-
los qui ad imitationem sathane trās-
figurentur in apostolos christi sub p̄-
dicationis spe lucra pecuniaria queq;
sectantes.

Incipit argumentum.

Post actā a corinthijs
penitentiā consolato-
riam scribit eis ep̄lam
apostolus a troade per
titum et collaudās eos
hortatur ad meliora: contristatos qui-
dem eos: sed emendatos ostendens.

Explicit argumentum. Incipit ep̄la
Pauli ad Corinthios scd̄a. Ca. I

Paulus a- A
postolus christi ihe-
su per voluntatem
dei et timotheus fra-
ter ecclesie dei que
est corinthi cum omnibus sanctis: qui
sunt in vniuersa achaia. Grā vobis et B
pax a deo patre nostro et domino iesu
christo. Benedictus deus et pater do-
mini nostri ihesu christi. pater miseri-
cordiarum et deus totius consolatio-
nis. qui consolatur nos ī omni tribu-
latione nostra vt possimus et ipi con-
solari eos qui in omni pressura sunt
per exhortationem qua exhortamur et
ipi a deo: quoniam sicut abūdant pas-
siones christi in nobis. ita et per xp̄m
abundat consolatio nostra. Siue au-
tem tribulamur pro vestra exhortatio-
ne et salute. Siue cōsolamur pro vr̄a
consolatōe siue exhortamur pro vr̄a exhorta-
tōne et salute que operatur tolerantiā
earundem passionū quas et nos pati-
mur vt spes nostra firma sit pro vobis
scientes quoniā sicut socij passionū
estis: sic eritis et consolationis. Non
enim volumus ignorare vos fratres
de tribulatione nostra que facta est in
asia: quoniam supra modum grauua-
ti sumus supra virtutem: ita vt tede- C
ret nos etiam viuere. Sed ipi in no-
bisipsis responsum mortis habuimus:
vt non simus fidentes in nobis: sed ī

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0746
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG